



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Cur Enoch, & Helias amicti saccis prædicare debeant? Prophetabu[n]t
diebus mille aduentis sexaginta amicti saccis. Sectio X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

enim Deus solet tribulationes, quas immittit, consolationibus temperare. Eandem ob causam voluit Ezechiel simul cum populo Babiloniam duci captivum, & Hierosolymam esse tempore obsidionis, & eversiois urbis. Cuius naturae suae ad misericordiam proclivis etiam in rebus naturalibus argumentum praebuit: etenim, ut scribit Plinius. li. 29. c. 4. viperam caput impositum ab eo percusso prodest: item si quis exusta eius cinerem illinat: & in uniuersum ubi cumque reperitur venena, ibi etiam eorum remedia, & antidota, Deus nasci voluit. Idcirco Ezech. 1. in medio ignis, qui obsidionem urbis, eiusque conflagationem exprimebat, electrum suae misericordiae tanquam antidotum collocauit: *Et de medio, inquit, eius, id est ignis tanquam species electri: ut indicaret in medio illarum tribulationum, & calamitatum, quibus opprimendi erant Iudaei a Nabuchodonosor se instar electri residere, ut eos misericordia sua, & consolatione recrearet: vnde Paulus 2. Cor. 1. eodem sensu dixit: Sicut abundans passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.*

Alteram rationem mittendi eo tempore duos eiusmodi viros non minus misericordia redundante inuissibile Dominus constituitur, Mal. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniat Dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres: ne forte veniam, & percussa terra anathemate: hoc est, mittam Heliam, ut conuertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, ut qui tunc increduli fuerint, eadem fidem accipiant, quam antiqui Patres habuerunt: & ita patres, & filij se ipsos mundum diligant: Ne percussa terra anathemate, id est, separatione sempiterna. Certis Dei misericordiae eo spectare, ut ne cogatur impios punire, & idcirco missurum Enoch, & Heliam, ut homines praedicatione sua conuertant, & ira Diuinae subtrahant. Simili affectu dixit Dominus Exo. 33. *Mittam praecursorem tuum Angelum. Non enim ascendam tecum, quia populus durus ceruusus es, ne forte disperdas te in via.* Itaque modis omnibus vitat Dominus occasiones puniendi. Aduerte etiam recte dici: *Ne percussa terra anathemate: etenim qui Christum non amat, dignus est, qui anathemate feriat: quem admodum dixit Paulus. 1. Cor. vlt. salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Maran Atha, hoc est, sit separatus a Deo, atque damnatus, donec veniat Dominus, seu in aduentu Domini: interpretatur enim Maran, Atha, Dominus venit. Quare Apostolus, ut Anselmus aduertit excommunicat eum, qui non amat Christum usque ad diem iudicij, ut tunc, si Christo placuerit, communionem recipiat, qui anathematizatus fuerat. Quonia vero Maran Atha, id est, ac Dominus venit in praeterito tempore, ut obseruauit D. Chryf. illud est maxime adnotandum Apostoli ratione, cur anathema denuntietur illis, qui non amant Iesum, eam afferre: quod ipse iam venit, videlicet in humilitate ad saluandum, ut nulla possit esse non diligentibus excusatio. Itaque Christi Domini aduentum, & passionem usque ad admodum amorem conciliare, ut venia dignus non sit, qui eum non amauerit. Annotauit postremo Theodor. doretus significari in eisdem verbis zelum Apostoli cupientis, ut omnes Christi amore ardeant. *Qui corpora, inquit, amant, nullum volunt habere amoris socium: Apostolus autem omnes in amore riuales habere desiderat, & qui tales non sunt ab Ecclesia rescat. Eandem Diuini amoris naturam declarant verba illa scripturae Cant. 1. *Trahem te: curremus in odoribus unguentorum tuorum: nec enim dixit, curram, sed, curremus, quasi diceret: Si me unam trahas post te, ego filias omnes Hierusalem ad te etiam sequendum incitabo: itaque non sola curram, sed omnes curremus, quia cupio omnes in tui amorem incitari.****

Cur Enoch, & Helias amici facis praedicare debeant?

Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amici facis. SECTIO X.

Non dubium, quum hoc intelligendum sit, ut verba sonant, verumque Enoch & Helias induti facis debeant incedere toto suae praedicationis tempore, ut

Hh ij

Tribulationes consolationibus temperat Deus.

Plinius.

Vbi venena, ibi est antidota nascuntur. Ezech. 1. 4.

2. Cor. 1. 5.

III.

Mal. 4. 5.

Occasiones puniendi vitat Dominus

Exod. 33. 2.

1. Cor. 16. 21

Qui Christum non amat, dignus est, qui anathemate feriat. D. Anselm. D. Chrysof.

Paulus zelus de amando Christo. Theodor.

Cant. 1. 4.

non solum verbo, sed etiam ipso habitu pœnitentiam præferant, doceantque mortales viam promerendi Deum. Est enim laccus pœnitentium habitus: unde est illud Iob 16. *Saccum confusi super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.* In quem locum D. Greg. lib. 13. Mor. c. 9.

Saccus pœnitentium habitus.
Iob 16. 16.
D. Gregorius

Quid in sacco, inquit, & cinere, nisi pœnitentia: quid in cute, & cinere nisi peccatum carnis debet intelligi? Cùm ergo aliqui post lapsum carnis ad pœnitentiam redeunt, quasi laccus super cutem confuitur, & cinere caro operitur. Etenim culpa carnis per pœnitentiam tegitur, ne in districti iudicis examine ad ultionem videatur. De pœnitentia etiam sua loquebatur Regius vates, cum dicebat: *Conuertisti plantam meam in gaudium mihi: confidisti saccum meum, & circumdediti me lætitia, hoc est, Soluisti cilicium, vestem nimirum lugentium, & pœnitentium, qua me indueram, lætiumque meum in gaudium conuertisti.*

Pœnitentia tegit peccata
Psal. 29. 12.

II.

Enoch, & Helias induiti sacco cur prædicabunt? Pœnitentia iram Dei sedat.
Exod. 33. 5.
R. Salom.

Duas autem potissimum ob causas Enoch, & Helias induiti sacco prædicabunt, quæ illis temporibus maxime aduersus impios desæriet, mitigandam: nihil est enim, quod magis Dei iram sedet, quam pœnitentia, eiusque etiam in exteriori habitu, victuque argumenta: quo sensu accipiendū est illud Exod. 33. vbi post peccatū populi cōmemoratū de adoratione vituli dixit Dominus ad Moysen: *Loquere filiis Israel: Populus duræ cervicis es: semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatū tuū, ut scia quid facia tibi. Deposuerunt ergo filij Israel ornatū suū à monte Oreb.* Et quidē Rab. Salom. per ornatū hoc loco intelligit coronas, quas sibi Principes populi imposuerunt die illo, quo data fuit lex. *Tūc enim, inquit, populus fuit Deo desponsatus per susceptionē legis, & idcirco fuerunt coronati. Principes nomine populi instar sponsæ: quas coronas nunquam amplius deposuerunt, sed post adoratione vituli ad eorū confusionē, & humiliationē, & quandā veluti adulteræ sponsæ repudiationē præcepit eis Deus, ut eiusmodi coronas deponerent.* Verūm hæc lūo more nugatur R. Salom. Alij de tabernaculo accipiunt, ut scilicet Deus præcipiat deponere ornamenta tabernaculi: sed cū mox de tabernaculo sanciat, nō est, cur per ornatū eo loco ornāmēta tabernaculi intelligamus. Quare existimamus fuisse pretiosas vestes, quibus populus lætabundus erat indutus, quibusque exornatus in signū lætitiæ vitulū aureū adorauerat, & festū egerat: quas Deus exui mandauit tanquam iratus Dominus, qui seruū, quem verberare instituit, nudari præcipit. Unde rectè subiungitur: *Et sciam, quid facia tibi.* Itaque volebat Dominus (vt egregiè annotauit Hieron. ab Oleast.) vt Israël nudum, & spoliatum vestibus illi se verberibus, ac flagris cædendum præsentaret, seseque, illa humiliatione, & pœnitentiæ habitu ob idololatriæ crimen commissum reprehenderet: quō nimirum videns Deus eum sic humiliatum, & paratum ad verbera, misericordia commoueretur, atque peccatum remitteret: tantum est præferre pœnitentiæ imaginem: Eandem ob causam dixit ad Esai. 3. Reg. 21. *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui.* Quid autem est, quod vidit Deus in Achab impiissimo, cur eum ita laudauerit? Non sanè aliud, quam cilicium, quō carnem cingebat, & saccum, in quo dormiebat: & quod dimisso capite ambulabat, vt ibidem dicitur. Itaque Achab exteriorem tantū pœnitentiæ formam gerens iram Dei quoad supplicium suis diebus inferendum mitigauit, eique in eo vili amictu speciosus, & gratiosus apparuit. Hæc est igitur prima ratio, cur Enoch, & Helias in sacco prædicare debeant, vt eo habitu, & amictus asperitate iratum Deum peccatoribus concilient.

Hier. ab Oleast.

3. Reg. 21. 29.

III.

Altera ratio est, pœnitentiam, quam prædicatum sunt verbo, opere quoque exerceant, & ita potentius, ac facilius eam hominibus persuadeant: nihil enim in prædicatoribus,

catoribus, & prælatiſ efficacius, & ad perſuadendū vehemētius excogitari poteſt, quā ſi præſent ipſi, quod prædicant. Eam enim etiā ob cauſam Ioan. Baptiſta prædicaturus pœnitentiā in vultu ipſo, & veſtitu pœnitentiā coluit: vnde merito ſe vocem eſſe dixit, quia totus erat vox quædam, quæ alijs pœnitentiā ſuadebat. In cuius rei figurā ex limbo ſuperhumeraliſ ſummi Sacerdotiſ pœdebāt tintinnabula: quia nimirum ipſe etiā veſtitus prædicatoſ, ipſaq; viuēdi ratio debet eſſe vocaliſ, virtutiſq; & ſanctimoniā perſonare, quemadmodū obſeruauit D. Hier. ad Fabiolā de veſte Sacerdotali. *Tanta, inquit, eſſe debet ſcientia, & eruditio Pontificiſ item. Dei, vt egreſſu eiſ. & motu, & vniuerſa vocalia ſint: veritate mēte concipiat, & toto eam habiturſ reſonet, vt quicquid agit, quicquid loquitur, ſit doctrina populorū: abſque tintinnabuliſ enim, & diuerſiſ coloribꝯ, & gemmꝯ, ſtoribꝯque virtutiſ nec ſanctiē ingredi poteſt, nec nomen Aniſtiſiſ poſſidere.* Hæc ille. Vnde Regiꝯ Propheta Ddum quoque ipſum ad præſtandū, quod præcipit, exhortatur, quo facile poſſit ſubditos ad ſui amorē, ſuorūq; præceptorū obſeruatiōē pertrahere, cum ait: *Exurge Domine Deus in præcepto, quod mandatiſti, & ſynagoga populorū circūdabit te:* hoc eſt, Præſta, quod faciendū alijs præcepitiſti: ſic enim omneſte vt Principē colentiſ, & tua omnia iuſta facile exequētur. Ita præter alioſ hunc locum intellexit D. Auguſt. in comm. in Pl. *Humilitatem, inquit, præcepitiſti, humiliſ appare: & tu prior imple, quod præcepitiſti, vt exemplꝯ tuſ vincentiſ ſuperbiam non poſſideantur a Diabolo, qui aduerſꝯ tua præcepta ſuperbiam perſuaſit dicens: Manducate, & aperientur vobꝯ oculi, & eritiſ tanquam Dy.* Hæc Auguſt.

Prædicatorū exemplꝯ.

Exod. 39. Pontificiſ item.

D. Hieron.

Pſal. 7. Exemplꝯ viſ.

D. Auguſt.

Gen. 3. 5.

De miraculiſ, quæ Enoch, & Heliaſ edituri ſunt toto ſuæ prædicationiſ tempore.

SECTIO XI.

Quoniam grauiffima futura eſt Antichriſti perſecutio, potiſſimū verò propter ſigna, & prodigia mendacia, vt ait Paulꝯ 2. Theſſ. 2. quibus doctrinam ſuam perſuadere conabꝯtur, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi, quæ admodum Chriſtus denūciavit: idcirco miſericors Deus, qui non ſinit quæquam vltra vires tentari, ſummo conſilio prouidit, vt Enoch, & Heliaſ toto ſuæ prædicationiſ tempore, hoc eſt, mille ducentiſ ſexaginta diebus veram Chriſti fidem non ſolū verbo ſtatuant, ſed etiā illuſtriſſimiſ miraculiſ confirmet, atque ad eodē validiſſimam illam Antichriſti mēdaciꝯ ſignorū machinam omnino labefactent. Quoniam verò ea miracula futura ſunt, Ioanneſ illiſ verbis explicauit: *Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluuiæ diebus prophetiæ ipſorū: poteſtatiſq; habent ſuper aquas conuertendi eaſ in ſanguinem, & percutere terram omniſ plaga, quotieſcunq; voluerint. Et ſi quſ voluerit eū nocere, igniſ exiet de ore ipſorū, & deuorabit inimicoſ eorū:* quæ ad conſolationem fidelium ſigillatim libet exponere.

Primum igitur habebūt poteſtatē claudendi cælū, hoc eſt, vt ſtatim exponitur, prohibēdi pluuiā, quemadmodū iam ante Heliaſ cōceſſum fuerat. Promiſit enim illi Deus non futurā pluuiam, niſi cū ipſe petiſſet: itaque non pluit tribuſ annis, & menſibꝯ ſex. Ea verò promiſſio colligitur ex illiſ verbis Heliaſ 3. Reg. 17. *Finis Deus Iſrael, in cuiꝯ conſpectu ſto, ſi erit annuſ hiſ roſ & pluuiæ, niſi iuxta orū meiſ verba.* Qua de re eſt elegans ſerm. D. Chryſ. in Heliam Prophetam tom. 5. Quid ergo in terris diuiniꝯ, & ad fidem aſtruendā efficacius cogitari poteſt, quā duos reperiiri homineſ Antichriſti tēpore Chriſti ſamuloſ, qui cælū, & terrā moderētur, habeantq; vt cū Ioanne loquamur, cæli ipſiꝯ clauē ad cælū, cum voluerint, claudendū, & aperiendū? Hoc enim ſignificatur, cū dicitur: *Habebunt poteſtatem claudendi cæli, & ita claudendi, vt nulla vi Antichriſti ſeſtatoſ illud poſſint aperire, quod manifeſta fiat eorū vanitas, Chriſti que domini impetiū, & gloria magiſ reſplenda.*

Hh iij.

2. Theſſ. Mat. 24. 24.

IT. Enoch, & Heliaſ Antichriſti tēpore prohibebunt pluuiam. 3. Reg. 17. 2.